Jarmundowicz Casimirus.

Manuscripti Stanisl. et Socii: Quaestio iuridica de privilegiis Iurisconsultorum

✠
IN NOMINE DOMINI AMEN.

QUÆSTIO JURIDICA,

De

PRIVILEGIIS JURISCONSULTORUM.

Ex c. De multa & gloss. ibid. v. literas. de Præbend. junct. l. Grammaticos. C. de Professorib. qui in Vrbe Costantinopol. docent. ex lege meruerunt comitivam. Libr. 12.

DESUMPTA.

& cùm

A

CELSISSIMO PRINCIPE, ILLUSTRISSIMO & REVERENDISSIMO DOMINO,

D. ANDREA STANISLAO KOSTKA

COMITE IN ZAŁUSKIE

ZAŁUSKI,

EPISCOPO Cracoviensi, DUCE Severiæ, EQUITE AQUILÆ ALBÆ, Studii Generalis Regni Scholæ Vniversitatis Cracoviensis CANCELLARIO,

M. STANISLAUS MAMCZYNSKI,
Utriusq; Juris Licentiatus & PROFESSOR, Collegiatæ S. Michaëlis in Arce Crac: DECANUS,
M. IOANNES PAŁASZOWSKI,
Utriusq; Juris Licentiatus & PROFESSOR, Collegiatæ SS. OO. Cracoviæ ARCHIDIACONUS,
M. CASIMIRUS JARMUNDOWICZ,
Utriusq; Juris Licentiatus & PROFESSOR, Collegiatæ SS. OO. Crac: CANONICUS,
Utriusq; Juris DOCTORES,

In Ecclesia Collegiata Sanctorum Omnium,

præsente frequentissima Magnorum Hospitum Corona,

RITU SOLENNI RENUNTIARENTUR.

A supra nominatis Licentiatis & Professoribus, pro more & consuetudine, publicè ad disputandum

PROPOSITA.

Annô Domini MDCCXLVIII. *5tô Calendas April.*

CRACOVIÆ TYPIS UNIVERSITATIS.

Quicunq; contristatus fuerit Doctorem veritatis, peccat in Christum, & Patrem omnium exacerbat DEUM, propter quod & vita carebit.

can. Quicunq; 13. 11. qu. 3.

771.

QUÆSTIO JURIDICA,

De PRIVILEGIIS JURISCONSULTORUM.

U. Jurisconsulti ad jus dicendum & in perpetuum statuendum adhiberi soliti, specialibus Privilegiis ac prærogativis exornati, in publica solummodò Universitate promoveri, & ad quosvis dignitatum gradus obtinendos, præferri debeant? necne?

CONCLUSIO I.

Jurisconsulti ad Jus dicendum, & in perpetuum statuendum vocari & adhiberi solent. 1.

1. 3. *Reg.* 12. *Roboam juvenum secutus consilium, passus Regni divisionem. can. de quibus. dist.* 20. *can. Esto. dist.* 95. *colligitur & ex can. Ecclesia habet.* 16. *qu.* 1. *& ibi infr.* §. *apud B. Hieronymum. c. Ad nostram. de Consuetudine. Rulant. de Commissar. & Commissionib. Lib.* 1. *cap.* 14. *n.* 5. *Christ. Bessold. in Dissert. de Studios. Magistr. Licentiat. Doctorib. cap.* 9. ℣. *judicandi. pag. m.* 121. *&* 122.

A

COROL-

COROLLARIA.

NOmen Jurisconsultus, seu Jurisperitus, Jurisprudens, Legisperitus, 2. legum & Scriptorum variorum licentiâ, accipitur aliquando pro Magistro, Doctore, Assessore, & Advocato hoc est vocato ad consilium, non verò ad patrocinium: 3. propriè támen Jurisconsulti dicuntur Doctores, qui docent Jus Canonicum vel Civile; qui Theologiam vel Philosophiam & Artes liberales Magistri, 4. à monendo seu à monstrando nominati, 5. hoc est Magister dicitur, quasi major in statione. 6. dicuntur Jurisconsulti etiam Assessores: quamvis Assessoris officium non exigat gradum Doctoralem, modò in persona Assessoris, concurrant peritia & practica, 7. vel publicum testimonium Universitatis Studii Generalis, & quòd in aliis similibus officiis publicè fuerit exercitatus: 8. idest Assessores Antecessores, ab antecedendo dicti: 9. antecedebant enim Imperatores olim pro tribunali sedentes; 10. nunc Assessores, ab assidendo Judici, nuncupati; qui adhiberi solent 1mò. ad soliditatem judicii, 11. 2dò. ad majestatem judicantis. 12. Summus enim Sacerdos & Rex noster Christus, institutum istud in lege Evangelica ex Persona sua servari voluit, & curavit id officium sibi præstari ab Apostolis, non quod eorum egeret consiliô, sed ut figuram Majestatis conservaret, ac transmitteret in Vicarium suum. 13.

2. *gl. in v. notitia. l. Justitia. ff. de Just. & Jure.*
3. *l. Nemini. C. de Advocat. divers. judicior. Lotter de Re Beneficiar. Lib. 2 qu. 1. n. 68. & 69. & Lib. 1. in Apparat. n. 154. gl. Pròem. ff. §. Is igitur. v. Magistri. l. Qualem ff. de Arbitr.*
4. *gl. in Clement. Cum sit. v. Doctoratus. de Magistr. & ne aliquid. &c. Pirbing. Tom. 5. t. 5. §. 2. n. 14,*
5. *gl. in c. Quoniam. v. Magistro. de Magistr. & ne &c. l. Quibus. ff. de V. S.*
6. *d. gl. in Clement. Cum sit. lc.*
7. *Purpur. in l. 1. n. 72. ff. de Offic. Assessor. Francis. de Petr. Festiv. Lib. 1. cap. 9. sub n. 5. ℣. Sanè Doctoratûs lauream.*
8. *Salic. in l. ult. sub n. 5. ℣. quinto, an potestas. C. de Pœnis Jud. qui malè jud.*
9. *gl. Pròem. ff. v. Antecessores.*
10. *gl. Pròem. Instit. Imper. §. Cum hoc. v. Antecessoribus.*
11. *l. Dubium non est. C. de Repud.*
12. *l. Humanum. C. de Legib.*
13. *Id. Lotter. de Re Benefic. Lib. 1. qu. 8. n. 3. & 4.*

II. JUrisconsultus aliàs Doctor Juris, qui ex cognitione rerum Divinarum atq; humanarum, artem boni & æqui sibi comparat, 14. debet esse ingenii sublimis, vim ipsam & potestatem legis attingens; 15. subtiles quæstiones discutere, definire, & responsiones in promptu habere, 16. in responso non hærere, 17. casum ex re resolvere; 18. cujus indistincta opinio habetur pro lege. 19.

14 *l. 1 ff. de Just. & Jure. Id. Lotter. Lib. 1. in apparat. n. 23.*
15 *l. Scire leges. ff. de Legib. Id. Lotter. lc. n. 22.*
16 *Innocent. in c. Cum in cunctis n. 1. ad fin. ℣. Scientiam autem. & ibi Hostien. n. 15. Joan. Andr. sub n. 12. ℣. est eminens. Butr. n. 9. Abb. n. 4. de Elect.*
17 *Id. Lotter. lc. n. 25.*
18 *Dec. in c. Cum in cunctis. in princip. n. 32. de Elect.*
19 *Pignatell. Tom. 1. Consult Canonic. cosult. 98. n. 7. Decian. Constit. 11. n. 17. Lib. 3. Alex. Cons. 51. n. 5. & Consil. 55. n. 14. Lib. 4.*

III. JUrisconsultis, quorum munus proprium est judicandi, 20. debet fides maximè adhiberi in ea arte, in qua diutissimè versati fuerunt, plurimaq; experti: 21. quos Judex super dubio Juris consulere debet, qualiter pronuntiandum sit; 22. aliàs spernens illos, & lædens causam per imperitiam vel dolum, 23. punitur in æstimatione litis. 24.

20 *Id. Christ. Bessold. loc. fol. 122.*
21 *l. 1. in princip. ff. de Inspicien. &c. l. Septimo mense. ff. de Stat. homin.*
22 *gl. in l. D. Marcus. v. Consules nos. ff. de Offic. Præsid. Authent. de Judic. §. fin. Coll. 6. l. Eum qui. ff. de Judic. §. sive peritum. can. De quibus. dist. 20. can. Esto. dist. 95. c. Ad. Nostram. de Consued.*
23 *l. Si filius familias. ff. de Judic. &c. §. 1. Instit. de Injur. c. 1. in fin. de Consanguinit. & affinit.*
24 *gl. in d. l. Si filius familias. v. eod. lc. l. 1. & 2. C. de Pœn. Jud. qui malè jud. Instit. Imper. §. quæ ex quasi maleficiis. de obligat. c. Cum æterni. de Re judicat. in 6to.*

IV. JUdicis mensam tria præcipuè conspicuam reddunt: *1mò.* numerus Jurisconsultorum: *2dò.* Personarum delectus, sed ex principalibus requisitis procedens: sc: ex doctrinæ præstantia, ita; ut non sufficiat assumendum esse in Jure Doctorem, nisi respectu talis gradus sit *illustris*: item ex morum honestate, summaq; innocentia, ita; ut ab omni munere sint mundæ manus: doctrinæ enim si accedat morum honestas & suavitas, jam omnis perturbatio animi cessabit, quâ nihil deteriùs in ferendo judicio. Unde Samii Pytagoræ vetus symbolum: *Judici vel Magistratui cor non edendum*: idest nullis animi perturbationibus subiiciendum, ita; ut inimici æquè ac amici decurrant partes: demum ex donis fortunæ quia in benè ordinata republica nusquam munus judicandi pauperibus & indigis demandatum fuit. *3tio.* modus seu ratio judicandi. 25. firmiùs enim est Judicium quod plurimorum sententiâ confirmatur, 26. magisq; defertur sententiæ unius Collegii, quàm singulorum Doctorum. 27.

25 *Id. Lotter. de Re Benefic. Lib. 1. Apparat. n. 101. ℣. Auditorium itaq; Campan. in opus. de Regen. Magister. fol. 3.*
26 *c. Prudentiam. §. illa quippe. de Offic. Delegat. Honden. Cons. 23. n. 47. Lib. 1. Mant. decis. 344. n. 2.*
27 *Nevizan. Sil. Nupt. lib. 5. n. 35. Aym. Cons. 532. n. 16. Menoch. Cons. 32. n. 45. Id. Lotter. lc. n. 102. & 103.*

V. JUrisconsultus vocatur etiam justitiæ Sacerdos, 28. quasi sacra dans responsa locô DEI. 29. & quoniam nihil magìs decet sapientissimos quàm Jurisprudentia: hinc Jurisconsulti, propter excellentiam vocantur Sapientes, consilia eorum, responsa sapientum. 30. Unde Romani de justitia & injustitia belli, de pace componenda, de feriundis fœderibus, fecialibus; Jurisconsultis potestatem dederunt. 31. Ergo semper consulendi peritiores, 32. imò & diversi, 33. imò etiam cum minus perito conferre utile. 34.

28 *l. Juri operam. ff. de Just. & Jure. & gl. ibid. v. Sacerdotes.*
29 *Joan. Baptis. Cons. 87. n. 22.*
30 *Alvar. Pelag. de plan. Eccl. Cap. 36. in princ. Lib. 2.*
31 *Rulant. de Commissar. & Commissionib. Lib. 1. Cap. 14. n. 5.*
32 *can. fin. dist. 37. l. In bonorum. in fin. ff. de Bonor. possess. l. 2. itid. in fin. Quis ord. in Bon. poss. serv. l. 3. C. de Inge. & ma.*
33 *can. De quibus. dist. 20. c. Prudentiam. De Offic. Delegat. in principio.*
34 *c. Ad audientiam nostram. de Consuet. & ibi gl. in v. ad nostram. & v. insipientibus.*

CONCLUSIO II.

Jurisconſulti maximis idq́; ſpecialibus Privilegiis, prærogativis ac titulis ſunt exornati. 35.

35. *c. Super ſpecula. de Magiſtr. & ne aliqvid. &c. c. De multa. de Præbend. c. Glorioſus DEUS. de Reliqu. & Ven. SS. in 6to. can. Multi. de Pœnit. diſt. 2. l. Si in ædibus. ff. de Damn. infect. l. Advocati. C. de Advocat. divers. Judic. l. 7. C. de Poſtuland. l. 2. & 3. C. de offic. divers. Judic. Abb. in c. ult. de Magiſtr. Leo in Praxi Archiep. cap. de Bon. Cler. 12. n. 17. Bartholom. Chaſſan. in Catalog. glor. mund. P. 10. conſid. 24. Bald. in Proëm. Gregor. in 5. Collat.*

COROLLARIA.

I. A Jurisprudentia quæ eſt divinarum atq́; humanarum rerum notitia, juſti atq́; injuſti ſcientia: ideſt cognitio illarum notitiarum & præceptorum, quæ docent quid bonum, æqvum, & juſtum ſit; *36.* quæ eſt omnium aliarum ſcientiarum maxima & veluti Regina: *37.* Jurisconſulti, ſeu Doctores legentes, dicuntur quidam Reguli, *38.* & quod profiteantur ſcientiam boni & æqui, dicuntur Juris Sacerdotes & Interpretes, *39.* amici Principum, *40.* luminoſæ candelæ ardentes ſuper candelabrum poſitæ, per quas univerſum corpus Orbis terrarum tenebris profugatis, veluti ſydus irradiat matutinum; *41.* fulgent velut ſplendor firmamenti, & velut ſtellæ ſunt in æternitates perpetuas permanſuræ, *42.* ſunt radij ſolares. *43.* Vocantur Anteceſſores, *44.* Domini, *45.* Patres Juris, *45.* Prophetæ, *47.* Nobiliſſimi, *48.* Parentes, *49.* Patres Principis & non fratres, *50.* Profeſſores, *51.* Magiſtri Officii, *52.* Præceptores, *53.* Sanctiſſimi, cum Sanctiſſima lex ſeu juris ſcientia dicatur, *54.* Celſiores, *55.* Magnifici Viri, *56.* Juſtitiæ & Reipubl. Miniſtri, *57.* glorioſi, ſplendidiſſimi, Clariſſimi, Prudentiſſimi, inclytæ recordationis optimæq́; memoriæ. *58.* Conſiliarij Principis. *59.* &c.

36 *l. 1. ff. de Juſt. & Jur. gl. in Inſtit. Imperial. Lib. 1. tit. itid. de Juſt. & Jur.*

37 *Alban. Spinazat. Lib. 2. Polit. cap. 1. & 2. de artic. jur.*

38 *Bald. in Proëm. Gregor. in 5. Coll. Bartholom. Chaſſan. in d. Catalog. glor. mund. d. P. 10. Conſid. 26.*

39 *l. 1. ff. de Juſt. & Jur. Id. Lotter. de Re Benefic. Lib. 2. qu. 50. n. 17.*

40 *l. Divi fratres. ff. de Jur. Patr. l. Quidquid. C. de Advocat. divers. Judic. l. 1. de Aſſeſſorib. & domeſt.*

41 *c. Super ſpecula. de Magiſtr. &c. c. Glorioſus DEUS. de Reliqu. & Ven. SS. in 6to. Leo in Prax. Archiep. cap. 12. n. 17. Id. Barth. Chaſſan. l. c. Conſid. 24.*

42 *can. Multi. de Pœnit. diſt. 2.*

43 *tex. in l. Si arborem. §. Si tamen. v. locus opacus. ff. de Servit. Urban. præd.*

44 *In Proëm. ff. §. l. & §. Diſcipuli.*

45 *Authent. Habita. C. Ne filius pro Patr.*

46 *l. 1. C. de Excus. artific. Lib. 10.*

47 *can. Si rector. v. Propheta quippe. diſt. 43.*

48 *l. fin. C. de Excus. Tutor.*
49 *l. Ex Divi. C. de locat.*
50 *l. 2. C. de Offic. divers. Judic.*
51 *d. Authent. Habita. C. lc.*
52 *In Proëm. ff. §. his igitur.*
53 *l. Si in Ædibus. ff. de Damn. infect.*
54 *l. 1. ff. de Var. & extraord. cognit.*
55 *l. 2. C. de Offic. divers. Judic.*
56 *In Proëm. Instit. Imper. §. cumq;*
57 *In Proëm. ff. §. discipuli. & §. advocati. l. Advocati C. de Advocat. divers. judicior.*
58 *cc. DD.*
59 *Alex. in addit. ad Bart. in l. 1. C. de Dignit. Lib. 12.*

II. DOctoratus est Dignitas, & confert honorem Personæ graduatæ; sed accipiendum est de Doctore, qui legit, sive actu docet, & est Rector suorum scholarium, quia à lege jurisdictionem ordinariam habet super suos scholares, *60*. Unde Doctores scholarium sunt in dignitate constituti; *61*. qui si legerint per 20. annos, dicuntur Illustres Comites. *62*. in nostra verò Universitate hac Cracoviensi vigore Privilegij Serenissimi olim ac Invictissimi SIGISMUNDI REGIS, si itidem per viginti annos continuæ lectioni in quacunq; Facultate publicè operam dederint, capaces sunt quarumvis Dignitatum in Regno hoc amplissimo, tum munerum & Officiorum, tàm Spiritualium quàm Sæcularium. *63*. & non abs re: Doctoratus enim propter literarum scientiam, nobilitati conjungitur & æquiparatur; *64*. & sicut Nobiles defendunt Rempublicam, sicut milites armatæ militiæ; ita & Jurisconsulti seu Doctores, dicuntur defendere. *65*. Insuper dirimunt ambigua facta causarum, suæq; defensionis viribus sæpè publicis in rebus, ac privatis lapsa erigunt, fatigata reparant; non minùs provident humano generi, quàm si prælijs, ac vulneribus Patriam, Parentesq; salvarent. *66*. inter quos tamen præferuntur illi, qui libros composuerunt seu scripserunt: cùm sint maximo honore digni, & sunt velut stellæ in firmamento Cæli, *67*. & satis magni, quia invenerunt sapientiam & scientiam, *68*. non enim sibi laborant; sed omnibus exquirentibus veritatem, *69*. de his verè potest dici illud S. Scripturæ: *beati qui seminant super aquas*, idest super populos. *70*. hi omnibus gentibus, recentes semper edunt & floridos sapientiæ fructus, è quibus, quia teneris ætatibus doctrinarum abundantiâ satiantur, optimos habent sapientiæ sensus, instituunt civilitatibus & humanitatibus mores, æqua jura, leges; quibus absentibus, nulla Civitas potest esse incolumis, quia hi viam veritatis aperiunt. *71*.

60 *d. Authent. Habita C. ne filius. &c. Clement. 2. in princ. & §. ult. de Magistr. &c. Id. Lotter. de Re Benefic. Tom. 2. n. 50. gl. apud Lancell. in Instit. Jur. Can. Lib. 2. t. 15. v. honore. Marc. Ant. Sabell. Tom. 1. Lit. D. §. Doctor 25. n. 3.*
61 *gl. in d. l. Habita. C. lc. Pirhing. Tom. 5. t. 5. §. 1. n. 4. ŷ. hinc colligant. Sperell. in Decis. For. Eccles. P. 2. decis 167. n. 7. Id. Christ. Bessold. Dissert. de studios &c. d. cap. 2. ŷ. Doctor praterea.*
62 *gl. v. docto. post text. in l. unic. C. de Professor. qui in Urb. Constantinopol. ex leg. &c. Lib. 12. Menoch. de Arbitr. cas. 86. n. 43. Franch. decis. 115. per tot. Gizzarel. & Addent. decis. 10. n. 19. Paul. Christin. decis. 116. per tot. Volum. 5. Id. Marc. Ant. Sabell. lc. sub n. 5.*
63. *Privilegiũ SIGISMUNDI Regis Polon. Crac. F. 4. in crastino S. Laurentij Martyris Annô D. 1535. referente Zalassovio, Jur. Regn. Pol. Lib. 1. de Episcop. Crac. t. 21. §. de Acad. Cracovien. fol. m. 579. & seqq.*

64 c. De multa. de Præbend. Gomes. in Reg. de Annal. Possess. qu. 36. Id. Leo in Prax. Archiep. cap. 12. n. 26. Guid. Pap. Delphin. decis. 88. n. 2. ℣. multo ergo magis. Schel. Prax. de Consil. sapient. Lib. 1. cap. 5. Tiraquell. de nobilit. cap. 3. n. 3.
65 Abb. in c. 1. n. 24. de Postul. Id. Leo lc. pag. 560. n. 21.
66 Id. Bartholom. Chassan. in Catalog. glor. mund. d. P. 10. Consid. 24.
67 Daniel. 24.
68 Eccles. 30.
69 It. Eccles. 34.
70 c. Cum Marthæ. §. verum. de Celebrat. Missar. Id. Bartholom. Chassan. lc. consid. 26.
71 Lucas de Penna in l. Mulieris. C. de Dignit. Lib. 10. Id. Barth. Chassan. lc.

III. DOctor creatus à Summo Pontifice præferendus est Doctori ab alio inferiore creato, etiamsi talis ab inferiore creatus, fuerit antiquior; 72. intelligendum tamen est, si talis Doctor prævio rigoroso examine creatus est; secùs si Doctor sit simplici verbo renuntiatus, puta: *esto Doctor.* 73. Doctoralis enim gradûs æstimatio, pendet à rigore examinis, 74. & Doctores magis æstimantur, qui gradum obtinuerunt in Universitate, in qua examen rigorosiùs est. 75. Sicut ille præferibilis est, qui in majori, famosiori & digniori Universitate creatus est; 76. & ille præfertur inter plures Doctores, qui primò Licentiatus est, & postea Doctor, illi, qui secundò Licentiatus, & primò Doctor effectus fuit. 77. Item & ille præfertur inter plures Doctores, qui plures habet gradus; exemplum in Doctore Utriusq; Juris: quoniam duo vincula sunt fortiora unô, & magis ligant. 78.

72 Id. Bartholom. Chassan. in d. Catalog. &c. P. 10. Consid. 31.
73 Id. Chassan. lc.
74 Felin. in c. Clerici. n. 3. Dec. in d. c. Clerici. n. 19. & 20. de Judic.
75 Id. Lotter. de Re Besic. Lib. 3. qu. 7. n. 170.
76 Id. Lotter. lc. n. 171. & Bartholom. Chassan. lc. consid. 32.
77 tex. in l. 1. C. de Consulib. Lib. 12.
78 c. 1. de Treug. & Pac. Id. Bartholom. Chassan. lc. consid. 33.

IV. JUrisconsulti docentes Jus Utrumque, gaudent privilegio percipiendi fructus Beneficiorum in absentia, per quinquennium, (quod intelligendum est & de Studentibus) 79. & excusantur à residentia: 80. excipiuntur tamen dismembrationes quotidianæ, quæ tantùm residentibus & qui intersunt Divinis Officiis dari consueverunt; ideoq; absentes etiam docendi vel studendi causâ non lucrantur. 81. & tali Utriq; Juri debent studere, in Studio Generali, sive celebri Universitate, 82. nec aliàs; non sufficit enim illud studium, quod non est in Universitate, quamvis, in eo optimè legatur, 83. & nisi sit studens ætatis annorum triginta, studiaq; nisi incepisset & illa nondum absolvisset. 84. dixi Utriq; Juri studere debent: quia Doctor Juris Canonici, si non studuit legibus, nihil valet. 85.

79 d. c. Super specula. de Magistr. &c. Abb. in c. ult. itid. de Magistris &c. Felin. n. 2. Garc. de Benef. P. 3. cap. 2. n. 54. Pirbing. Lib. 5. t. 5. n. 8. & 9. Barbos. in Concil. Trid. Sess. 5. cap. 1. de Reform. n. 45. & 46.
80 Id. Pirbing. lc. Garc. itid. lc. Felin. in c. Licet. de Præben. Rebuff. in Prax. t. de Dispens. de non residen. n. 25. & in Tract. de Privileg. scholar. Privileg. 94. & 100. Navarr. in Manual. cap. 25. n. 120. Hoied. de incompatibil. cap. 17. n. 28. Salced. in Prax. cap. 25. Fuscus. de Visit. Lib. 2. cap. 9. n. 10. Anton. Gomez. in Explicat. Bull. Cruciat. cap. 7. ad clausulam. 4. n. 27.
81 c. Licet. de Præbend. c. ult. junct. gl. v. internè. de Magistr. Id. Pirbing. lc.

82. c. Tua. de Cleric. non residen. c. 2. de Privileg. in 6to. S. Congr. Concil. die 18. April. 1595. Garc. lc. à n. 81. ad 87.
83. Ugolin. de Offic. Episcop. cap. 43. §. 2. Alex. Monet. de Distrib. P. 2. qu. 10. n. 17. Garc. lc. n. 55.
84. S. Congr. Concil. quam refet Garc. lc. n. 81.
85. Rebuff. Tract. de Nominat. qu. 5. n. 14. Decian. Cons. 42. n. 7. Volum. 1. Id. Lotter. de Re Benef. Tom. 2. qu. 7. n. 90.

V. PRæter supra dicta privilegia, prærogativas & titulos, Jurisconsulti sunt exempti ab omnibus solutionibus, collectis, muneribus, ab hospitijs militum etiam tempore belli. 86. ad vectigalia cum libros resq; alias transvehunt non tenentur. 87. Si in medio anni decedat Jurisconsultus, aliàs Doctor actu legens, totius anni salarium ei debetur. 88. Si propter infirmitatem vel senectutem non legerit, à salario non potest removeri & eodem privari. 89. Stemmata quorumcunq; Nobilium assumere possunt, exceptis familiis magnis. 90. Alios præcedere, eminentiori loco gaudere debent. 91. Ad Judicia dum veniunt, tenetur eos Judex salutare & invitare ad sedendum: 92. nisi quando est hora propriæ causæ. 93. Injuria ipsis à plebejo illata etiam minima, reputatur pro atroci. 94. Extrahens Doctorem de domo sua, pœnâ capitis punitur. 95. Jurisconsulti non ligantur Statutis Civitatum, in quibus habitant. 96. Eximuntur à Patria potestate. 97. A sententia contra hunc lata, qui turbat Doctorem legentem, non datur appellatio. 98. Jurisconsulti ad examen, ut alij testes, vocari non debent, sed domi examinari. 99. Possunt exponi ab Ordinario ad excipiendas Confessiones, utpote examinati ad Doctoratum; sicut etiam præsentati ad quævis beneficia Ecclesiastica ab Universitatibus seu Collegijs Generalium Studiorũ ab examine excepti sunt: imò si quis extra doctoratum haberet testimonium totius populi, posset promoveri sine examine, utpote notoriè peritus. 100. non excusantur tamen ab examine in concursu ad Parochialem. 101. Utriusq; Juris Doctor, præfertur Doctori in uno Jure tantum; & Canonista, Juris Civilis Doctori. 102. restitutus tamen Doctor ad Collegium non recuperat priorem locum in præjudicium eorum, qui medio tempore sunt doctorati. 103.

86. Menoch. de Arbitr. cas. 379. per tot. Ricc. Collect. 3109. Aristmm. Topat. variar. sent. 1. 86. Vivian. comm. opin. 196. Marc. Ant. Sabell. Tom. 1. Lit. D. §. Doctor. 25. n. 3. Christ. Bessold. Dissert. de Studios. &c. fol. 104.
87 Benn. P. 3. cap. 99. fol. 104. & 105. Id. Bessold. lc. fol. eod.
88 Id. Benn. lc. cap. 22. Id. Bessold. in Thesaur. pract. Jason. in l. In diem functo. ff. de Offic. Assessor. n. 40.
89 Id. Jason. lc. n. 42. Id. Bessold. lc. cap. 9. ỽ. extenduntq.
90 Id. Chassan. in Catalog. glor. mund. lc. Bessold. itid. lc. ỽ. Quamvis.
91 Bolognin. in authentica Habita. n. 63. C. Ne fil. pro Patre. Id. Bessold. d. c. ỽ. præterea. Id. Benn. P. 3. cap. 57.
92 tex. in l. fin. & ibi gl. v. honoratis. C. de offic. divers. Jud. Id. Bessold. lc. ỽ. eod.
93 l. 1. C. de Offic. Civil. Judic.
94 Menoch. Lib. 2. arbitr. cas. 263. n. 17. Benn. P. 2. cap. 47.
95 Hartman. Pract. observ. 4. n. 4. fol. m. 483. Id. Bessold. lc. fol. m. 132. ỽ. extra has.
96 Speculator. Lib. 4. n. 6. de Const. fol. 76.
97 Schmier. Lib. 3. fol. m. 310. n. 176.
98 Scacc. de Appellat. qu. 17. limit 1. n. 13. illat. 2.
99 gl. in l. ad egregias personas. ff. de Jurejur. Aretin. consil. 92. Vestr. cap. 3. n. 12. Farinac. qu. 77. cap. 5. n. 214.

100. *gl. in can. Nullus. v. testimonio. dist. 24. Felin. in c. fin. n. 28. de Præsumpt. Dec. in c. Constitutis. n. 3. de Appellat. Gonzal. ad Reg. 8. Cancell. gl. 4. n. 86. Henriqu. Lib. 10. cap. 18. Concil. Triden. Sess. 7. de Reform. cap. 13. Lancellot. Instit. Jur. Canonic. Lib. 1. t. 24. & ibi gl. v. testimonio.*

101. *S. Congr. Concil. Testibus. Garc. de Benefic. P. 2. cap. 2. n. 103. & Piasec. in Prax. Episcop. P. 2. cap. 5. n. 17. Barb. in Collect. Bullar. Lit. D. pag. m. 283.*

102. *Id. Lotter. Tom. 2. qu. 7. n. 82. Dec. in d. c. Constituisti n. 20. de Appellat. & in c. Clerici. de Jud. n. 26. Menoch. cons. 126. n. 11. & cons. 902. n. 66.*

103. *Id. Dec. in c. Quam. de Privileg. n. 38.*

CONCLUSIO III.

Jurisconsultus aliàs Utriusq; vel alterius Juris, hoc est: sive Juris Canonici sive Civilis Doctor, ut Privilegiis Doctorum gaudeat, solummodò in publica Studiorum Generalium Universitate, eaq; à S. Sede Apostolica approbata, ritè & legitimè promoveri debet. 104.

104 *Colligitur. ex S. Concil. Trid. Sess. 22. de Reform. cap. 2. & Sess. 24. itid. de Reform. cap. 8. & 12. S. Congr. in Cotronen. 9. Maii 1637. in Materan. 10. Decembr. 1640. & Concil. in Una Papien. 27. Julij 1652. & in una Elnen. 17. Janur. 1643. item censuit. S. Congr. Episcopor. & Regular. pro electione in Vicar. Capitul. 19. Aug. 1667. Card. de Luc. in Annot. ad S. Concil. Trid. discurs. 31. n. 12. & Lib. 15. P. 1. discurs. 4. n. 23. item P. 2. discurs. 44. n. 4. Pignatell. Tom. 1. consult. Canonic. consult. 312. n. 1. & Tom. 8. consult. 34. n. 1. Melch. Lotter. de Re Benefic. Lib. 2. qu. 7. p. 126. Felin. in c. Per tuas. sub n. 3. ℣. limita primò. de Majorit. & obed. Petr. Leuren. Tract. Quaternar. de Episcopor. Vicar. Tract. 3. cap. 4. qu. 557. n. 1. 5. & 6.*

COROLLARIA.

I. DOctoratûs gradum assumens extra Universitates Publicas Generalis Studij præsumitur indoctus; *105.* & dicitur Magister, seu Doctor fictus, vel bullatus, *106.* + quibus Ecclesia non eget, sed tantùm Viris Literatis. *107.* tales enim Doctores præsumuntur non habere suo gradui correspondentem scientiam, quia non sunt publicè examinati. *108.*

insuper;

insuper: fallunt Rempub. atq; Ecclesiam in magna re, gradus enim ille datur, ut Ecclesia idoneos habeat Doctores, qui hæresibus resistant, infideles convertant, & credunt tum Principes, tum Episcopi Academijs, à quibus sine gravi scelere, falli & irrideri non possunt. *109.* Confidunt Professoribus Universitatum, tanquam Præceptoribus, qui ingeniorum scholasticorum debent esse justi æstimatores, vel ex frequentia collocutionis, & auditionis illorum, vel ex examine, quod habere debent antequam testimonium dent eruditionis. *110.* Hinc JULIUS III. refert in sua Constitutione abusum, quem emendavit, quod multi Juris Civilis & Canonici ignari, ad Doctoratûs gradum aspirantes, indebitè sub prætextu, quòd in aliqua Universitate Studij Generalis operam dando intantum profecerint, ut idonei existant licentiam à S. Sede Apostolica obtinerent, vel extorquerent, ut ab aliquo Prælato seu à Persona in dignitate Ecclesiastica constituta, etiam de propitijs extorquendo insignia Doctoratûs in Romana Curia suscipere valerent, & ejusdem licentiæ prætextu examine ad id requisito, & alijs necessarijs desuper minimè adhibitis, contra SS. Canonum Statuta, & Iuris dispositionem, in illius Doctoratûs dignitatis opprobrium, se ad illius gradum faciebant promoveri, unde gradus talis ex præmissis vilescebat. *111.* Revocavit & PIUS V. Constitutione sua, idq; propter omissam necessariam in gradibus concedendis examinationem, facultates Comitum Palatinorum & aliorum, gradus concedendi, & simul voluit ab illis doctoratos vel graduatos, non gaudere privilegijs graduatorum, quò ad dignitates, aut alia Beneficia. *112.*

105 *Fel. lc. de Major. & obed.*
106 *Id. Lotter. lc. n. 127. +. Vide Lotter lc. n. 128. & 45. Pignatel. Tom. 1. Consult. 222. n. 1. qualiter Doctores bullati vocantur.*
107 *Id. Lotter. lc. n. 46.*
108 *Id. Pignatel Consult. Tom. 1. d. Consult. 222. n. 5. Matth. Coler. P. 2. cap. 3. n. 13. de Proc. execut. Bennius P. 2. in Proem. de Privileg. Jurisconsult. Roland. lib. 1. cap. 14. n. 8. de Comiss.*
109 *Id. Pignatel. lc. n. 9.*
110 *Id. Pignatel lc. n. 6.*
111 *JULIUS III. in Constit. Cum sint. 6 Febr. 1552.*
112 *PIUS V. in Constit. 60. Quamvis à Sede. Calend. Junij. 1568.*

II. Supra dicta procedunt: *1mò.* de Episcopis, quorum circa consecrationem inter alia requisita observanda; requiritur etiam ut quilibet eorum sit Doctor, aut Licentiatus in S. Theologia, vel Iure Canonico, aut saltim publico alicujus Academiæ testimonio idoneus ad alios docendos repertus. *113.* Sed GREGORIUS XIV. in sua Constitutione addidit, ut circa doctrinam promovendi ad Episcopatum peculiaris diligentia adhibeatur, ita ut Privilegium Doctoratûs aut Licentiaturæ nemini suffragetur, sed de eorum etiam doctrina diligens fiat inquisitio, nisi ex aliqua functione illud notorium esset. *114.* *2dò.* de Vicario Capituli Sede Episcopali vacante, qui eligi debet Doctor aut Licentiatus in Jure, alias deputatio erit nulla & devolvetur ad Metropolitanum. *115.* ubi hic intelligendum: quod quandocunq; loquitur Concilium de Doctoribus, loquitur de Doctoribus in publica Universitate promotis, nec verisimile est Concilium intelligendum quoq; de graduatis extra Publicas Universitates Generalis Studij, cum in talibus locis præsumitur doctrinæ defectûs, & vocantur Doctores bullati, ut dictũ hic supra. *116.* *3tiò.* de Archidiaconis, Scholasticis, tum & Pœnitentiarijs Cathedralibus, *117.* ac etiã alijs dignitatibus Ecclesiasticis requirentibus gradum Doctoratus, in Uni-

versitatibus

versitatibus Generalium Studiorum per examen rigorosum, non verò habentibus privilegia Doctoratûs, quæ ab Urbe nullo prævio examine à particulari persona vel certis Officialibus mitti solent, usq; ad domum graduati; cum ut dictum supra per Constitutionem PII V. expressa revocata sunt & annulata omnia privilegia & indulta, etiam quibusvis Curiæ Romanæ Officialibus, Collegijsq; singulis, alijs personis uniuscujusq; statûs, gradûs, Ordinis & præeminentiæ existentibus ad Doctoratûs, Licentiaturæ & Magisterij gradum promovendi per quoscunq; Romanos Pontifices Prædecessores suos, ac etiam per ipsum PIUM etiam motu proprio deq; certa scientia & plenitudine potestatis, quomodolibet concessa, confirmata & innovata. *118.* Solus duntaxat excipitur Summus Pontifex, ut si contingat eligi in Pontificem Maximum, qui non sit Jurisconsultus, illicò authoritate juris efficitur Utriusq; Juris Doctor. *119.*

113 *Anton. Novar in Sum. Bull pag. apud me. 221.*

114 *GREGORIUS XIV. in Constit. Onus Apostolicæ. Idib. Maii. 1591.*

115 *Concil. Trid. Sess. 24. de Reform. cap. 16. Meroll. Tom. 3. decis. 7. dub. 18. n. 186. Vulpe. in princ. cap. 44. n. 15. Dian. P. 8. Tract. 4. resol 56. Ventrigl. Annot. 15. §. 2. n. 12. Barbos. Jur. Eccles. Lib. 1. cap. 32. n. 49. & 50. Pignatel. Tom. 8. consult. 34. n. 2 Garc. p. 5. cap. 7. n. 9. & 10. ubi per expressum adducit Decreta plura S. Congr. Concil. super d. cap. 16. Concilij.* 1mum *in una* Tridentina *his verbis - Vicarius Vacante Sede Episcopali debet eligi Doctor, aliàs electio sit irrita.* 2dum. *in una* Macaren. *his verbis - Si Episcopus demortuus reliquit Vicarium quem elegerat, cum non esset Doctor, Capitulum non debet eum confirmare, sed alium qui sit Doctor eligere.* 3tium. *in una* Panormitana *& alia* Argentina - *Si Episcopus demortuus reliquit Vicarium quem elegerat, cum non esset Doctor, Capitulum non debet eum confirmare, sed alium qui est Doctor eligere, ex Congregationis sententia &c.*

116 *Lauren. Tract. 3. de Capitul. Sed. vacant. qu. 557. n. 6 Lotter. de Re Benefic. Lib. 3. qu. 7. à n. 126. Ventrigl. d. Annot. 15. §. 2. n. 6.*

117 *Id. Concil. Trid. Sess. 24. de Reform. cap. 8. & 12. & Sess. 23. itidem de Reform. cap. 18.*

118 *PIUS V. in d. Constit. 60. Quamvis à Sede. Leuren. d. Tract. 3. de Capitul. Sed. vacant. qu. 557. n. 6.*

119 *Bald. in c. 1. n. 6. de Confess. Felin. in c. Nonnulli. sub n. 18. ad fin. ℣. Unde dicit. de Rescript. Id. Lotter. de Re Benefic. Tom. 2. Lib. 3. qu. 7.* 118.

III. QUamvis doctorari possit aliquis, cujus scientia nota est, sine examine, non solùm ijs qui suffragium ferre debent pro Doctoratu, sed etiam cæteris, ita; ut debeat esse publica; quia sicut Doctoratus est gradus publicus, ita etiam habilitas debet esse publica ut tollatur suspicio; quod inhabiles doctorentur: *120.* nihilominùs jura & consuetudines Universitatum Generalium Studiorum doctorandum liberum & immunem ab examine rigoroso, haud unquam dimittunt: imò antequam fiat Doctor, debet *1mò* præsentari à suo Professore vel Doctore, cum affirmatione de peritia. *121.* tandem debet tentari & examinari rigorosè & approbari à Doctoribus vel ab ordine Professorum Collegij vel Studij Generalis, exponendo eundem literario certamini, ùt fit moris in scholis: *122* à quo circa examen debet requiri, an in Universitate publica studuerit juri per quinquennium? sinè hoc enim requisito nemo ad Doctoratum promoveri potest: *123.* an sit legitimè natus, vitâ moribusq; commendatus? an docendi peritiam habeat? dicendi facundiam? interpretandi subtilitatem & differendi copiam? *124.* an non sit infamis, *125.* condemnatus ad fustes, *126.* Apostata, *127.* Judæus. *128.* Neophytus (nisi cum eo dispensetur)

129. vel homo cohortalis conditionis, 130. aut læsæ existimationis, 131. ut digna dignis conferantur, 132. Siquidem dignitas Personæ, pro obtinendis Ecclesiasticis dignitatibus æstimatur ex moribus, scientia & alijs habilitatibus Personæ. isthæc omnia in ipsis Universitabus publicis & approbatis, priùs excoquuntur, quàm confertur gradus in Jure. 133. & licet peritia & summa facundia Doctori sit necessaria, sive in scholis doceat, 134. sive consulat & advocet, 135. principale tamen ejus studium, versatur in compositione morum, cum oporteat priùs animos & postea linguas fieri eruditas, 136. alias debet esse eruditus, mansuetus, rigidus, antiquus, non negligens, non arrogans. 137.

120 *Dec. in c. Constitutis. de Appellat. n. 7. gl. in can. Nullus. v. Testimonio dist. 24. Felin. in c. fin. n. 28. de Præsumpt. Ceval Comm. contr. P. 2. qu. 302. n. 14. Gonzal. ad Reg. 8. Cancell gl. 4. n. 86. Henriqu. Lib. 10. cap. 18 Achugn. in d. c. Nullus. n. 3. dist. 24. Lauret. de Franch. Controv. P. 1. de approbat. Confess. qu. 3. n 1398*

121 *Bart. quem Abb. refert. in l. 1. C. de Athlet. Lib. 11. & in l. Magistros. sub n. 2. ℣. sed adverte. C. de Professorib. & Med. Lib. 10. l. Nemini. c. de Advocat. divers. Judic. gl. in can. 1. 12. q. 1. d. Abb. in c. Proposuisti n. 12. & 13. de Probat. Mandos. de signat. grat. §. Licentia doctorandi. ℣. sive licentia. Gomes. in Tract. brevi. n. 43. & 44.*

122 *Id. Dec. in c. Proposuisti. de Probat. n. 37. Lotter. de Re Benefic. Tom. 2 Lib. 3. n. 7. Pignatel. Consult. Tom. 1. Consult. 222 Panorm. ad c. 3. n. 17. de sent. & re jud.*

123 *Rota in una Tridentina Decanatûs & Canonicatûs. 25. Febr. 1633. coram Coccino in Decisionib. apud Paul. Rubeum. decis. 183. n. 8. & 9. l. Jubemus. & l. Petitioni. C. de Advocat. divers. Jud. Bald. in d. l. Petitioni. lc. Id. Abb. in c. Super specula. de Magistris. Rebuff. de Privileg. Scholar. privileg. 84. Id. Pignatel. Consult. Canonic. Tom. 2. Consult. 46.*

124 *l. Grammatices. C. de Professorib. qui &c. Lib. 12. Id. Chassan. P. 10. Catalog. glor. mund. consid. 26. Id. Dec. in d. C. Proposuisti. de Probat. n. 61. & 62. Modit. §. Prudent. responsa. dub. 1. n. 4. Bessold. dissert. de studios. &c. cap. 9. ℣. Unde.*

125 *Regula 87. in 6to. l. 2. C. de Dignitat. Lib. 12.*

126 *Verall. decis. 219. n. 3. & 4. P. 3. Id. Lotter. lc. n. 164.*

127 *Bart. in l. Constit. C. sub n. 12. Mandos. lc. ℣. Apostata.*

128 *Id. Bart. lc. Id. Mandos. itid. lc. ℣. Judæis autem nunquam indulgetur. Ricciul. de Jur. Personar. extr. Eccles. Lib. 2. cap. 25. n. 5. Id. Lotter. lc. n. 166.*

129 *can. Constituit. & ibi gl. in v. qui ex Judæis. 17. qu. 4. Id. Ricciul. Tract. de Neophyt. cap. 5. n. 1. Petr. Lenaud. Tract. de Privileg. Doctor. qu. 17. n. 63. Roman. sing. 679. ℣. Sed quid de eo. Id. Mandos. lc. ad fin. ℣. Neophytis verò.*

130 *l. ult. C. de Advocat. divers. Jud. Id. Lotter. lc. n. 162.*

131 *Cujac. in l. Magistros. §. Massarius. v. Prætorij viri. in Proëm. Instit. de orig. Jur.*

132 *Id. Lotter lc. n. 156. ℣. infertur octavo.*

133 *Rota. decis. 167. n. 3. & 12. P. 2. in recen.*

134 *l. Magistros. C. de Profess. & Med. Lib. 10.*

135 *l. 1. §. in honorarijs. C. de var. & extraord. cognition. l. ult. de Advocat. divers. Jud.*

136 *d. Rota. lc. ℣. item secutus. Cujac. in d. l. Magistros in Proëm. Instit.*

137 *Boet. de discipl. scholar. Lucas de Penna. qu. 8. Chassan. in Catalog. glor. mund. P. 10. consid. 26 refert.*

IV. Ad quem spectat Doctoratum tribuere, priùs à doctorando finito examine ùt præmissum est rigoroso, debet recipere juramentum, hoc est Professionem fidei; 138. quam si non emiserit doctorandus, Doctoratus nul-

 lus,

lus, invalidus, nulliusq; momenti est. *139.* Insignia tandem pro more Universitatum & facultatis doctorando tradere debet: *1mò* scilicet *Librum*, ne recedat Volumen de ore ejus & manu: *140. 2dò. Biretum* aliàs habitum Doctoralem, dictum *bis rectum*, ad modum coronæ, in signum veritatis & doctrinæ, ut talis sit in mente, qualis fuerit in conversatione, ne à docendo cesset: non coronabitur enim, nisi qui legitimè certaverit: & poni solet in capite de substantia Doctoratûs, in signum perfectionis, cum sit sphæricæ figuræ; angulo carens; *141. 3tiò Annulum*, ad denotandum, quòd per eum factus est verus sponsus scientiæ, quam profitetur, docendamq; suscepit: *142.* & sicut per eum, contrahitur matrimonium inter virum & uxorem, ita inter scientiam & Doctorem. *143. 4tò. Cathedram* occupandam permittere: animadvertere tamen debet doctorandus, quod non Cathedra facit Doctorem, sed Cathedram Doctor. *144. 5tò Osculum* pacis ut fædus pacis in facultatibus Jurium servet perpetuum, *145. 6tò facultatem legendi* in Professione sua, Authores sivé Doctores Classicos ab Ecclesia receptos & approbatos, eosdemq; glossandi, interpretandi, publicè ac privatim disputandi ubiq; locorum, cum Doctoratu confert. *146. Ultimò* tandem benedictionem Doctorato conferre debet. *147.* quæ tamen cum osculo de bene esse, seu ad bene esse reputatur, quam de insignijs Doctoralibus *148.* In aliquibus tamen Universitatibus (exceptâ Nostra) confertur circa Doctoratum zona aurea, seu catena, quâ præcingatur Doctor, ad distinctionem personarum non graduatarum. *149.* demùm post collationem Doctoratûs, Pedellus, sive apud nos Bedellus, recitat juramentum Neo Doctori quod hunc gradum in alia Universitate non reassumet & ad quemcunq; statum perveniet bonum Universitatis promovebit, ad quod respondet Neo Doctor clara & intelligibili voce *juro: 150.* quia sicut militia non reduplicatur, si pluries militatur, hoc est in pluribus diversis exercitibus militans, dici non potest duplicatus vel multiplicatus miles: ita suscipiens Doctoratum in duabus vel tribus Universitatibus non debet dici bis, vel ter Doctor. *151.*

138 *PIUS IV. in Constit. 88. In. Sacrosancta B. Petri. §. 2. 4. Mensis Decembr. 1564. Concil. Triden. Sess. 24. de Reform. cap. 1. & 12. Constit. Provinc. Lib. 1. t. 2. de Profess. Fidei. pag. 2. & Lib. 5. t. de Doctorib. bullat. fol. 383. & seqq. Leo in Praxi Archiep. pag. 409. n. 4. de Postul. &c.*

139 *Id. PIUS IV. d. Constit. 88. §. 6. Joan. Andr. in Clement. Cum sit nimis de Magistr. & ne &c.*

140 *can. Lector. dist. 23.*

141 *gl. in Clement. de vita & honest. Cleric. v. & tonsuram Chassan. in Catalog. glor. mund. P. 10. consid. 36. ℣. secundo sed. Lotter. de Re Benefic. Tomo 2. n. 73. Bald. in Proêm Decretal. in princip. n. 24.*

142 *Luc. de Pen. in l. unica. C. de Profess. & Med. Lib. 12.*

143 *Id. Chassan. lc. ℣. tertio datur.*

144 *can. fin. dist. 40. Id. Chassan. lc. ℣. quarto Cathedra.*

145 *c. Pacem de Consecr. dist. 2. Joan. Andr. in Clement. 2. de Magistr. v. insignia. Cardinal. Flor. aliàs Zabarell. in d. Clement. 2. qu. 1. principali. Id. Chassan. lc. ℣. Sexto datur. gl. in d. Clement. 2. v. insignia.*

146 *Tusch. Lit. D. Conclus. 560. Christoph. Bessold. in sua dissert. cap. 9.*

147 *Panorm. in c. Proposuisti. n. 13. de Probat. Mascard. ibid. de Probat. Concl. 527 Volum. 1. n. 15. Coler. de Process. execut. cap. 13. n. 129.*

148 *Id. Card. Flor. aliàs Zabarell. in d. Clement. 2. lc. Id. Chassan. lc. ℣. septimū est.*

149 *Id. Chassan. lc. ℣. Quinto datur ei. Id. Christoph. Bessold. lc. ℣. sicq; Doctoribus.*

150 *Consuet. Facult. Juridicæ. & aliarum Facultat. omnium Universitat. Nostræ.*

151 *Card. de Luca. de pensionibus. disc. 46. n. 18.*

V. Do-

V. Doctor non dicitur ante insignia suscepta, sed duntaxat Licentiatus 152. imò si non est, & se pro Doctore gerit, tenetur pœna falsi. 153 utens autem insignijs Doctoralibus antequam esset Doctor, puta qui portaverit insignia Doctoralia, si postea efficitur Doctor, non debent ei dari talia insignia ob pœnam. 154. quodsi verò doctorari se fecit in Civitate quæ communiter exercebat facultatem doctorandi, tamen ipse sciebat, quod illam non haberet, non est Doctor. 155. & talis si est habilis excusatur à peccato ambitionis, si verò inhabilis non excusatur à peccato præsumptionis, & incurrit peccatum mortale. 156.

152 *Dec. in c. Eam te. de Rescript. n. 21.*
153 *Id. Dec. in c. 3. de Probat. n. 22. & in c. Tuarum. de Prileg. n. 42.*
154 *colligitur ex can. Quidquam. ℣. Si fortè in lectura. & gl. in v. exhorruit. 1. qu. 1. Id. Bhassan. lc. consid. 38.*
155 *Id. Dec. in c. Scitcitatus. de Rescript. n. 40.*
156 *Id. Lotter. de Re Benefic. Lib. 2. qu. 7. n. 47.*

CONCLUSIO VI.

Jurisconsultus ad quosvis dignitatum gradus obtinendos, aliis non graduatis, & non idoneis præferri debet. 157.

157 *colligitur ex Concil. Trid. Sess. 23. de Reform. cap. 18. ad fin. Sess. 24. itid. de Reform. cap. 8. 12. & 16. Bessold. de Studios. &c. cap. 9. fol. 122. ℣. Dignitates. & ℣. Quinimo. Benn. P. 2. cap. 28. Lotter. de Re Benefic. Tom. 2. Lib. 3. qu. 7. n. 197. Przylus. Lib. 1. cap. 4. fol. 88. & ibid. in margin.*

COROLLARIA.

I. Doctoratus est magna prærogativa in Ecclesia, & Beneficialibus vigore cujus præferibilis est quilibet ad dignitates obtinendas, 158. per hunc enim diversi status in Ecclesia, conservant ejusdem Ecclesiæ unitatem, dignitatem, & authoritatem. 159. hinc Episcopus Doctor præcedit non Doctorem, quamvis priùs ad Episcopatum promotum; 160. quorum quilibet Viros in jure peritos in suis Curijs servare, & fovere debet in partem sollicitudinis & regimen curæ Pastoralis. 161.

158 *Rota. decis. 895. Lib. 3. P. 3. divers. Gregor. decis. 21. n. 4. Lotter. lc.*
159 *Id. Lotter de Re Benefic. Tom. 1. qu. 16. n. 3. Chassan. in Catalog. glor. mund. 1. P. consid. 9. ad fin.*
160 *Gemin. in can. Isidorus. ad fin. ℣. quod notat. dist. 13. Felin. in c. Clericis. sub n. 3. post med. versum. Doctor qui est, de Judic. Boer. de Ord. grad. cap. 1. n. 19 Menoch. Cons. 902. n. 67.*
161 *Constit. Provinc. Lib. 1. t. de offic. Ordinar. pag. 80.*

II. Clericis, quicunq; sint, sive minorum sive majorum Ordinum: hoc est, sive in Sacerdotio, sive in Sacris; sive nec in Sacerdotio, nec in Sacris; item sive in altiori dignitate, seu in gradu inferiori constitutis, Sacros Canones non licet ignorare; 162. non enim illos ignorantia excusat, 163. quam Ecclesiastici Viri fugere debent, 164. hinc est, quod literis carens, sacris non potest esse aptus Officijs, neq; præferibilis. 165. ex quo ignorantia mater cunctorum errorum, maximè in Sacerdotibus

DEI vitanda est, qui docendi officium in populis susceperunt. 166. & si ignorans eligitur, cassanda est ipsius electio. 168.

162 can. Nulli. dist. 38.

163 can. Illiteratos. dist. 36. & gl. ibid. v. illiteratos. can. Qui Ecclesiasticis. dist. ead.

164 CLEMENS I. Epist. 3. can. Ignorantia. d. dist. 38. & gl. ibid. v. ignorantia. Concil. Tolet. IV. cap. 24.

165 Concil. Aurel. III. cap. ult.

166 Concil. Arelat. IV. cap. 3. can. Ignorantia. can. Si ignorantia. dist. 38.

167 c. Qualiter. post. de Elect.

III. QUoniam scientia commendatur præsertim in Ecclesijs, 168. unde Ecclesia indiget Viris Literatis, 169. & ideo Literati, consequenter Doctores ad Beneficia præferibiles sunt, 170. illiterati verò repelluntur etiam à dignitate Ecclesiastica, 171. & sic in collatione Beneficiorum magis odiosus est illiteratus, quàm homicida, 172. & peccat Clericus qui patitur defectum scientiæ. 173.

168 Philip. Dec. super Decretalib. in c. Prudentiam. de Offic. Delegat. n. 2.

169 can. Qui Ecclesiasticis. dist. 36. c. Cum ex eo. de Elect. in 6to c. fin. de Magistr. &c.

170 c. De multa. in fin. de Præbend. Id. Philip. Dec. l. c. n. 3.

171 can. Præcipimus. dist. 34. c. fin. de temporib. Ordin. & gl. in c. Qualiter. de Elect. & elect. potest.

172 Innocent. in c. Cum nostris. de concess. Præbend. Id. Dec. in c. Prudentiam. de Offic. Delegat. n. 6.

173 c. Cum in Cunctis. de Elect. Abb. in c. Venerabilis. in fin. de Præbend. ubi allegat Innocentium in d. c. Cum in cunctis.

IV. VIcarij Capituli Sede vacante Episcopi debent esse Doctores. 174. item Archidiaconi, 175. idq; intra unius anni cum dimidio decursum se promoveri in Doctores curare debent, sub privatione eorundem Archidiaconatuum suorum, 176. Scholastici, Pœnitentiarij Cathedrales, Prædicatores, 177. Examinatores, 178. demùm omnibus Cathedralibus Ecclesijs Doctores præficiendi sunt, 179. ac præferibiles alijs ad dignitates Ecclesiasticas requirentes gradum Doctoratûs. 180.

174 Concil. Trid. Sess. 24. de Reform. cap. 16.

175 Id. Concil. Trid. Sess. ead. de Reform. cap. 8. & 12.

176 Constit. Provinc. Lib. 1. tit. de Elect. & Offic. Archidiac. pag. 56.

177 Id. Concil. Trid. d. Sess. 23. de Reform. cap. 18. Rot. Decis. 234. coram Merlino 16. Novembr. 1633.

178 Id. Concil. Triden. d. Sess. 24. de Reform. cap. 18.

179 Id. Concil. Trid. Sess. 22. de Reform. cap. 2.

180 PIUS V. in Constit. 60. Quamvis à Sede. 1. Jun. 1568. Leur. Tract. 3. de Capitul. Sede vacant. qu. 557. n. 6.

V. QUamvis Jurisconsultus dicatur per Antonomasyam *sapiens*, qui præferri possit dignitatibus; 181. intelligendum tamen est, re scilicet & opere: 182. hinc dicitur, non omnem Doctorem, doctum esse, benè tamen è converso, omnem doctum esse Doctorem. 183.

181 Lotter. de Re Benefic. Lib. 1. qu. 7. n. 113. & 114.

182 Id. Lotter. Lib. 1. de Re Benefic. in Apparat. n. 128.

183 Lucas de Penn. in l. 1. sub. n. 9. ff. Nec omnis Doctor. C. de Athlet. Lib. 10.

Hinc
ILLI
Qui inventus est in Templo sedens in medio Doctorū.
Laus, Honor, Virtus, & Gloria in sæcula.